



E. 12



111

J. Goldemann
März. 1858





CAROLI M. AGRELL;

S. THE. DOCT.

COMMENTATIO

DE

VARIETATE
GENERIS ET NUMERI

IN L L. O O.

HEBRAEA,

ARABICA ET SYRIACA.

P. I.

LUNDAE MDCCCXV.

LITTERIS BERLINGIANIS.





Praefatio.

Enallagen, quam vocitant, generis numerique difficiliorem esse Syntaxeos Orientalis partem, nemo, opinor, est, qui neget. Quamvis vero *Differentia numeri in Syntaxi nominis & verbi apud Hebraeos* peculiari Dissertatione, Upsalæ anno 1781 edita, a B. Prof. C. AURIVILLIO docte sit excussa; tamen, cum hoc argumentum, exemplis Arabicis rarissime illustratum, ex parte tantum vir ille doctissimus perstrinxerit, ego totum illud, pro modulo virium, ita retractandum suscepi, ut quælibet fere generis numerique varietas, ex alia atque alia causa orta, exemplis e scriptis Hebræorum, Arabum Syrorumque petitis, harmonice (in quibus concinunt) exhibeatur. *) Si vero non omnia (ut fieri assolet) Tibi, L. B., arriserint, forte tamen non negabis, studio meo ac labore, conquirendis præcipue exemplis Arabicis Syriacisque impenso, ad perfectius olim opus condendum haud inutilem subministratam esse materiam.

Juniorum gratia plurima exempla Arabica e *Corano*, nonnulla ex *Fabulis Lokmani* & Schultensii *Excerptis ex Hamasa*, paucissima aliunde depromsi.

In citandis his aliisque auctoribus scriptura plerumque compendiaria usus sum, ita ut

*) Particulam hujus opuseculi Upsalæ a. 1794 edidi inscriptam: *De varietate generis & numeri in lingua Hebræorum præcipue & Arabum Spec. I.* resp. Laur. Dan. Gølaender.

4 3/4 plaz.

Ass. B. O. sit Jos. Sim. Assemani *Bibliotheca Orientalis*, quæ in tres Tomos (ultimo bipartito) distributa prodiit Romæ 1719. — 1728. fol. In citandi hoc opere per *columnam* 1 intelligo sinistram, per *col.* 2 dextram.

Barh. Chr. — Barhebræi *Chronicon Syriacum*, ed. a Bruns & Kirchs, Lips. 1789.

Erp. Gr. Ar. — Erpenii *Grammatica Arabica*, ed. ab A. Schultens, Lugd. Bat. 1748.

Hamas. — Schultensii *Excerpta ex Hamasa*, Grammaticæ Ar. Erpenianæ, nuperrime memoratæ, subnexa.

Mich. Gr. Syr. — J. D. Michaëlis *Grammatica Syriaca*, Halæ 1784.

Schræd. Synt. — Syntaxis Hebraica, quæ N. G. Schræderi *Institutionibus. ad fundamenta Lingue Hebrææ*, Francof. & Lips. an. 1778 editis, subjecta est.

Storr Obs. — G. C. Storr *Observationes ad analogiam & Syntaxin Hebraicam pertinentes*, Tub. 1779.

Sur. — *Surata* seu Caput *Corani*, ab Abr. Hinckelmanno Hamb. 1694. editi *).

*) Lecturus opusculum meum hoc libro necessarie sit instructus, quum pleraque exempla Arabica non nisi Latine excipserim *Marraccianam* quoque *Corani* editionem, quo certior esset exemplorum fides, consului, non vero citavi, nisi nomine *Marraccii* expresse addito.

Vat. Hebr. Syr. — Vater *Hebräische Sprachlehre*,
Leipz. 1797.


Vat. Handb. — Vater *Handbuch der Hebr. Syr. Chald.
und Arab. Grammatik*, Leipz. 1802.

Quantum hæc opella, siquando integra publicata
fuerit, complexura sit, ex sequenti videas conspectus

- §. 1. Varietas generis numerique strictim proposita.
- §. 2. Plurale masc. humanum.
- §. 3. Plurale fem. humanum.
- §. 4. Plurale masc. inhumanum.
- §. 5. Plurale fem inhumanum.
- §. 6. Ulterior generis numerique varietas in cons-
tructione horum pluralium.
- §. 7. Explicatio hujus Enallages.
- §. 8. Dualium constructio.
- §. 9. Pluralia & Dualia significationis singularis.
- §. 10. Pluralia terminationem alius, quam in sin-
gulari, generis habentia.
- §. 11. Varietas generis in constructione singularium
pluraliumque, orta ex vocis significatione.
- §. 12. Varietas generis in constructione singulari-
um, pluralium dualiumque, orta ex vocis termi-
natione.




VI

- §. 13. Varietas generis in constructione singularium, orta ex usu neutrali.
- §. 14. Proprii & mutuatitii generis conjunctio.
- §. 15. Varietas generis, orta ex archaismo vel alia causa.
- §. 16. Collectiva sing. numeri cum singulari aut plurali sui generis.
- §. 17. Collectiva sing. fem. hominum multitudinem significantia, cum plurali masc.
- §. 18. Collectiva sing. cum singulari diversi generis.
- §. 19. Constructio nominum Populorum.
- §. 20. Convenientia prædicati cum nomine regenti vel recto.
- §. 21. Varietas Arabica in constructione nominum, quibus  emphaticum præmissum est.

Ceterum errata & lacunas potius, ut spero, indulgenter corriget atque explebit, quam morose taxabit meliora doctus, qui communem errandi nec omnia observandi sortem humanitatis persentit. Scripsi in Skatelöf prope Wexioniam d. 1^o Augusti 1815.

CAROL. MAGN. AGRELL.



§. I.

Varietas generis numerique strictim proposita

Generis numerique *varietate* delectari Hebræos, universe ostendit STORR in *Observatt. ad Anal. et Synt. Hebr.* p. 372. §. LVIII. (Tub. 1779.) — Eadem quoque Arabibus familiaris est. Quem apud hos usum, antequam singula persecutum ivero momenta, summatim perstringere lubet.

A) *سوف* *legati*, (pl. masc., a sing. masc. *سوف* *legatus*, Sur. 5: 18, 22.) construitur modo cum plur. masc. Sur. 4: 163. Sur. 10: 22, 75. Sur. 43: 80. modo cum sing. masc. Sur. 3: 180. modo cum sing. fem. Sur. 7: 41, 51, 99. Sur. 40: 23, 53. Sur. 64: 6. modo cum sing. masc. & pl. masc. Sur. 6: 130. Sur. 7: 33. Sur. 39: 71. modo cum sing. fem. & pl. masc. simul Sur. 7: 35. Sur. 11: 72. Sur. 29: 30, 32. Atque in his omnibus exemplis, ubi generis numerique discrepantia cernitur, una est sententia, *venerunt legati; quemadmodum, mendacii insimulati*
A sunt

sunt legati effortar per verbum sing. masc. Sur. 3: 181. sing. fem. Sur. 35: 4. sing. fem. & pl. masc. Sur. 6: 34.

B) *الج* exercitus, (Collect. masc. gen.) constr. cum sing. masc. Sur. 38: 10. cum pl. masc. Sur. 36: 75. Sur. 37: 173. Sur. 44: 23. Et PLURALIS *جندون* constr. cum pl. masc. Sur. 26: 95. cum sing. masc. Sur. 27: 17. cum sing. fem. Sur. 33: 9.

C) *انوار* uxores, (pl. fem.) constr. cum pl. fem. Sur. 2: 234. cum sing. fem. Sur. 2: 23. Sur. 3: 13. Sur. 4: 60. Sur. 60: 11. cum sing. masc. Sur. 4: 13.

D) *لسا* mulieres, (pl. fem.) constr. cum pl. fem. Sur. 4: 36. Sur. 48: 25. Hamas. p. 480. vs. 9. cum. sing. fem. Erpen. Gramm. Arab. p. 277. Sent. 4. (ed. Schultens. 1748.) cum sing. masc. Sur. 33: 52. a).

E) *ال* gens, (collect. fem. gen.) constr. cum sing. fem. Sur. 2: 128, 135. Sur. 5: 70. cum pl. masc. Sur. 7: 159, 180. Sur. 22: 35, 66. cum sing. fem.

a) In MARRACCIANA tamen editione (Sur. 33: 49) est sing. fem. — Utra lectio rectior, equidem haud interpretor, cum Arabes plurale fem., homines denotans, singulari masc. vel fem. paene promiscue jungere soleant.

fem. & pl. masc. Sur. 3: 100. Sur. 23: 45. Et PLUR.
 ALIS ^م gentes, cum sing. fem. Sur. 13: 29 Sur.
 41: 24. Sur. 46: 17. cum sing. masc. Sur. 29: 17.
 cum pl. masc. Sur. 6: 42, 43. Sur. 11: 50.

F) ^م *alii* (pl. masc.) constr. cum pl. masc.
 Sur. 25: 3. cum sing. masc. Sur. 21: 22. cum sing.
 masc. & pl. masc. Sur. 17: 44. cum sing. fem. &
 pl. masc. Sur. 11: 103. Sur. 21: 44.

G) ^م *angeli*, (pl. masc., a sing. masc.
^م *angelus*, Sur. 6: 8. Sur. 25: 8. Sur. 32: 11.)
 constr. cum pl. masc. Sur. 4: 164, 170. Sur. 13:
 23. Sur. 42: 3. cum sing. fem. Sur. 3: 33, 37, 40.
 Sur. 6: 159. cum sing. masc. Sur. 4: 99. (cfr. Sur.
 47: 29. ubi sing. fem. eodem enuntiato), Sur. 43:
 53. Sur. 25: 23, 27. b) cum sing. fem. & pl. masc.
 Sur. 16: 34. Sur. 47: 29. cum sing. masc. & pl.
 masc. Sur. 8: 52. Sur. 17: 97.

H) ^م *corda*, (pl. masc., a sing. masc. ^م
cor, Sur. 2: 262. Sur. 16: 108. Sur. 50: 32, 36.)

A 2

con-

b) Hoc nomen pl. jungitur singulari masc. Sur. 16: 30.
 ed. HINCK., sed MARRACCIANA editio (Sur. 16: 28.) habet
 sing. fem., et vers. 34. (vs. 32. MARR.) utraque editio
 singulare fem. exhibet. Cum his locis conferatur Sur.
 8: 52. (vs. 53. MARR.) ubi singulare masc., eodem verbo.

constr. cum pl. masc. Sur. 40: 18. c) cum sing. masc. Sur. 9: 118. cum sing. fem. sæpissime, ut Sur. 2: 69, 225. Sur. 13: 28. Sur. 39: 46. Sur. 57: 15.

I) *أنهار fluvii*, (pl. masc., a sing. masc. *نهر fluvius* Sur. 2: 250.) constr. cum sing. masc. Sur. 2: 69. cum sing. fem. Sur. 2: 23, 268. Sur. 3: 13, 130, 194, 197. Sur. 7: 41. & alibi sexcenties.

K) *أخبار nuncia, narrationes*, (pl. m. a sing. masc. *أخبار* Sur. 9: 71. Sur. 14: 9. Sur. 38: 20, 67, 68. Sur. 78: 2, 3.) constr. cum sing. masc. Sur. 6: 5. Sur. 26: 5. cum sing. fem. Sur. 28: 66.

L) *بحر mare*, terminatione & usu sing. masc. Sur. 18: 109. Sur. 52: 6. Cujus DUALIS *بحران* constr. cum dual. masc. Sur. 55: 19, 20. cum sing. masc. Sur. 35: 13. & PLURALIS *بحار* cum sing. fem. Sur. 81: 6. Sur. 82: 3.

M) *دين judicium; religio*, terminatione & usu sing. masc. Sur. 2: 188. Sur. 8: 40. Sur. 30: 29, 42. Sur. 39: 3. &c. constr. ut sing. fem. Sur. 98: 4. (cfr. Sur. 9: 36. Sur. 12: 40. ubi proprium retinetur genus, eodem prorsus enuntiato.) N)

c) Haud absimilem phrasin vid. Sur. 33: 10.

Λ) بِرَاءَةٌ *demonstratio*, signum evidens, terminatione & usu sing. fem. Sur. 7: 71, 83. Sur. 98: 3. d) constr. ut sing. masc. Sur. 6: 158. Et PLURALIS بِرَاءَاتٍ constr. cum sing. fem. Sur. 2: 204, 208, e) 254. Sur. 4: 152. cum sing. masc. Sur. 3: 79, 101. Sur. 40: 68. Atque in omnibus his exemplis *idem* prorsus *verbum* (جاء *venit*) obtinet, a subjecto suo modo genere, modo numero, modo utroque discrepans.

Ο) آيَةٌ *signum*, terminatione & usu sing. fem. Sur. 2: 112, 206. Sur. 6: 109, 124. Sur. 29: 34. constr. ut sing. masc. Sur. 3: 11. Sur. 6: 37. Sur. 10: 21. Sur. 13: 8, 27. Sur. 29: 49. *) Sur. 34: 14. & PLURALIS آيَاتٍ *signa*, cum pl. fem. Sur. 3: 5, 90. Sur. 7: 150. Sur. 24: 1, 34, 45. Sur. 65: 11. cum sing. fem. Sur. 3: 95. Sur. 8: 2, 31. Sur. 23: 68, 107. Sur. 28: 87. cum verbo sing. fem. & adjectivo pl. fem. Sur. 10: 16. Sur. 22: 71. cum verbo sing. fem.

d) Add. Sur. 20: 133. Sur. 98: 1. ubi etiam proprium retinetur genus.

e) In hoc versu (208) MARRACCIANA editio (v. 213) habet sing. masc.

*) H. I. MARRACCIANA editio (Sur. 29: 50) exhibet nomen in plurali, at verbum in singulari masc. ut HINC-
KELMANNIANA.

fem. & adjectivo sing. fem. Sur. 27: 13. f) cum sing. masc. Sur. 12: 7.

I) *سما* *caelum*, usu dominanti sing. fem. g) Sur. 44: 9. Sur. 52: 9. Sur. 69: 16. Sur. 77: 9. Sur. 78: 19. Sur. 84: 1, 2. &c. construitur ut sing. masc. Sur. 73: 18. Et PLURALIS *سماوات* *caeli*, cum pl. fem. Sur. 39: 67. cum sing. fem. Sur. 17: 46. cum sing. fem. & pl. fem. Sur. 19: 92. Sur. 42: 3.

Q) *طيبات* *bona*, (pl. fem.) constr. cum sing. fem. Sur. 4: 158. cum sing. masc. Sur. 5: 6, 7. h).

R) *يد* *manus*, significatione i) & usu sing. fem. Sur. 17: 31. Sur. 20: 23. Sur. 27: 12. Sur. 28: 32.
cujus

f) Cum eodem adjectivo sing. Nom. sing. *أية* construitur Sur. 17: 13.

g) Id quod etiam docet Vater in Handb. p. 385. Terminatio tamen est masculina (Vat. Handb. p. 294), quum *سما* sit pro *سماو* (Erp. Gr. Ar. p. 41). Sic. *حيا* *pulor*, Erp. Gr. Ar. p. 295. Sent. 67. et *ندا* *invocatio* Sur. 19: 2. sunt. masculina.

h) MARRACCIANA editio (Sur. 5: 5, 6) rectius habet *ادل* pro *هل*.

i) Grammatici docent, nomina membrorum corporis geminorum significatione esse feminini generis apud Hebraeos (Vat. Hebr. Sprachl. p. 147 sq.) Arabes (Erp. Gr. Ar. p. 135. Svanb. Grund. i Ar. Spr. p. 17.) et Syros (Mich. Gr. Syr. §. 66.), quamvis id in dubium vocet

enjus DUALIS *يدان* constr. cum duali fem. Sur. 5: 69: cum sing. fem. Sur. 18: 55. Sur. 22: 10. Sur. 78: 41. Sur. 111: 1. & PLURALIS *أيدي* vel *أيدي* cum sing. fem. Sur. 2: 73, 89. Sur. 5: 178. Sur. 5: 37, 69. Sur. 30: 40. Sur. 62: 7.

5) *عين* *oculus*; *fons*, utraque sigificatione sing. fem. Sur. 20: 41. Sur. 28: 12. Sur. 76: 6, 18. Sur. 88:

Storr (Obs. p. 378, 585.), eorumque constructionem femininam aliter explicare conetur. — Sic ergo feminina sunt A) apud Hebraeos, *עין* *oculus*, in sing. Ps. 6: 8. Job. 10: 18. c. 24: 15. etc. in duali Gen. 27: 1. Prov. 6: 17. c. 27: 20. etc. *יד* *manus*, in sing. Exod. 14: 31. Deut. 2: 15. c. 32: 36. etc. in duali Jud. 7: 11. Ezech. 7: 17, 27. c. 22: 14. etc. *כף* *vola*, *אזן* *auris*, *גוף* *genu*, *כתף* *humerus*, etc. — B) Apud Arabes, *عين* *oculus* (litt. S.) *قدم* *pes* Sur. 16: 96. *سان* *crus* Sur. 75: 29, *أذن* *auris* Sur. 69: 12. *كف* *humerus*, *قرون* *cornu*. — C) Apud Syros, *أيد* *manus* Barh. Chr. p. 140. lin. 7. p. 600. lin. 2. p. 148. lin. 7. p. 276, 325, 453. etc. *عين* *oculus*, Barh. Chr. p. 539. lin. 4. p. 37. lin. antep. p. 225. lin. 5. a fine. p. 172, 477. etc. *أذن* *auris* ibid. p. 172. lin. 9, 10. p. 492. lin. antep. *كف* *genu* ibid. p. 400. lin. 5. a fine. *قدم* *pes* ib. p. 66. lin. 7. a fine. p. 135. lin. 9. p. 261. lin. 13. *كف* *femur* ib. p. 510. lin. ult. *قرون* *cornu* ib. p. 39. lin. 4. a fine. p. 507. lin. 12. Kaës Chrest. Syr. p. 117. lin. 1. alia ut taceam,

88: 6, 15. *cujus DUALIS عَيْنَان* constr. cum. duali fem. Sur. 55: 50, 66. cum sing. fem. Sur. 12: 84. Sur. 18: 27. Hamas. p. 400. vers. 7. & PLURALIS *أَعْيُن* cum sing. fem. Sur. 33: 19, 51. Sur. 18: 101. Sur. 5: 86. Sur. 9: 93.

T) *قَوْمٌ* *populus*, (Collect. masc. gen.) constr. cum sing. masc. Sur. 6: 80. Sur. 28: 76. cum pl. masc. Sur. 25: 38, 39. Sur. 26: 117, 166. cum sing. masc. & plur. masc. Sur. 5: 14, 101. cum sing. fem. Sur. 22: 45. Sur. 38: 11. Sur. 40: 5. (cfr. Sur. 6: 66. ubi sing. masc. eodem enuntiato) cum sing. fem. & pl. masc. Sur. 54: 9. k).

U) *طَائِفَةٌ* *pars pecul. hominum, aliqui, quidam*, (collect. fem. gen.) constr. cum sing. fem. Sur. 3: 65. Sur. 8: 7. Sur. 33: 13. Sur. 61: 14. cum plur. masc. Sur. 3: 148. cum sing. fem. & pl. masc. Sur. 5: 62. Sur. 4: 103, 113. cum sing. masc. Sur. 9: 123. Sur. 24: 2. cum sing. masc. & pl. masc. Sur. 7: 85. cum sing. masc. sing. fem. & pl. masc. simul Sur. 4: 83. & DUALIS *طَائِفَتَانِ* *due partes* cum sing. fem. & duali fem. Sur. 3: 118. cum pl. masc. Sur. 49: 9.

W)

k) Vide simillimum exemplum Hebr. Jer. 8: 5.

W) *Dies numerati* dicuntur أيام معدوات Sur. 2: 180, 198. Sur. 3: 23. 1) & أيام معدوة Sur. 2: 74. Sic idem nomen plurale construitur cum adjectivo plur. fem. Sur. 22: 29. Sur. 41: 15. & adject. sing. fem. Sur. 69: 24. Hamas. p 472. v. 20.

Ex his igitur patet, 1:o *Plurale masculinum*, tam *humanum* (A, B) quam *inhumanum* (F, G, H, I, K, L) cum sing. masc. & sing. fem. construi.

2:o *Plurale femininum*, tam *humanum* (C, D, E) quam *inhumanum* (N, O, P, Q, R, S) singulari masc. & sing. fem. jungi.

3:o *Singulare femin.* (N, O, P) ut *singulare masc.*, & vicissim *singulare masc.* (M) ut *singulare fem.* tractari.

4:o *Dualia*, sive *masculina* (L) sive *feminina* (R, S, U), genere & numero, æque ac pluralia, a prædicatis discrepare.

5:o *Collectiva* sing. num. cum singulari aut plurali sui generis, (B, T) construi.

B

5:o

1) *يوم* dies (singul.) terminatione et usu est masc. generis Sur. 2: 255. Sur. 11: 105. Sur. 30: 42. etc. An igitur varietas, quod pluralis ut plur. femin. tractetur?

m) *Plurale humanum* cum ERPEPIO voco, quod homines, et *inhumanum* quod non homines denotat.

6:0 *Collectiva* sing. fem. *hominum* multitudinem denotantia, (E, U) construi ratione *generis* cum sing. fem., ratione *sensus* cum plur. masc.

7:0 *Collectiva* cum loco pluralium habeantur (cfr. No 5), construi cum singulari diversi generis, ita ut *collectivum* sing. masc. cum sing. fem. (T), & *collectivum* sing. fem. cum sing. masc. (U) construatur. Sed sufficient hęc, ut, genus numerumque mire variare Arabes, uno patescat obtutu.

J. D. MICHAËLIS (Gramm. Syr. §. 100.) *legem*, inquit, *quę jubet ejusdem generis et numeri verbum nomini jungi, multo Syri observant religiosius Hebrais Arabibusque, nec quod his licet, sibi licere arbitrantur. Ergo vix ullam observare datur anomaliam generis vel numeri n)*. Certissime ea generis numerique discrepantia, quę Enallage vulgo dicitur, in lingua Syrorum rarissima est; quę vero per Synesim est explicanda, non item. Exempla, quę huc pertineant, suis adducam locis.

§. II.

Plurale masc. humanum.

Nomen plurale masc., quod homines significat, construitur

1:0

n) Gaussam conjicit his verbis: *Fortè lingua Græca inde ab Alexandra M. Syris prope vernacula, ex quam grammatica disce-*

1:0 Cum singulari masculino

A) Verbo præcedente, ut ויאמר בני גר *et dixit* (sing. m.) *fili* Gad h. e. dixerunt. Num. 32: 25. Adde, Gen. 10: 25. 1 Sam. 1: 2. 2 Sam. 5: 6. c. 21: 6. Jud. 12: 6. Num. 9: 6. 1 Chron. 26: 6. Esth. 9: 23. Jer. 51: 48. Ezech. 13: 24. (al. 14: 1) Eadem constructio Arabibus solemnis, v. g. قال الاول *dixit* (sing. m.) *primi* h. e. dixerunt, Sur. 23: 83. *dixit* (sing. m.) *apostoli* (pl. m.) h. e. dixerunt Sur. 3: 45. Sur. 5: 112. Sur. 61: 14. — Sic, *comedit homines* Sur. 10: 25. cfr. Sur. 3: 167. *judicabit propheta* Sur. 5: 48. *non felix erit improbi* Sur. 6: 136. cfr. Sur. 23: 1, 117. *dicit qui non credunt* Sur. 13: 8, 27, 43. (ubi verbum in fut.) Sur. 14: 16. Sur. 19: 74. Sur. 27: 69. (ubi verb. in præst.) *ne accipiat fideles* Sur. 3: 27. *nisi prohiberet eos magistri* Sur. 5: 68. *etsi renueret scelesti* Sur. 8: 8. cfr. Sur. 9: 32, 33. Sur. 61: 8, 9. *venit fratres* Sur. 12: 58. *non communitus fuit patres eorum* Sur. 36: 5. *periit vanitatis arguentes* Sur. 40: 78, 85. *clamavit socii horti* Sur. 7: 42, 46. cfr. Sur. 59: 21. Sur. 85: 4. *Jonatus est legati* Sur. 6: 124. add. Sur. 12: 110. (& plura exempla

B 2

§.

Sunt, qui libros audebant scribere, eos magis nostra grammaticæ aduefecit.

§. 1. litt. A.) *Congregatus est exercitus* (pl.) Sur. 27: 17. (cfr. §. 1. litt. B.) — Talia se ubique offerunt o). Eandem numeri diversitatem arguere videntur hæc Syriaca: כָּל־הַיּוֹם וַאֲנִי־יָצֵאתִי *ingressus est fures*, Tychs. Elem. Syr. p. 68. lin. 3 (pro כָּל־הַיּוֹם *ingressi sunt fures*, ut legitur ibid. lin. 8) וַאֲנִי־יָצֵאתִי *mansit* (manserunt) *homines*, Bark. Chr. p. 600 lin. 8. — Sic וַאֲנִי־יָצֵאתִי *occisi sunt* Bark. Chr. p. 126. lin. 9. וַאֲנִי־יָצֵאתִי *mortui sunt*, ibid. p. 133. lin. 12. p. 135. lin. 7. וַאֲנִי־יָצֵאתִי *irruerunt* ib. p. 177. lin. 7 a fine. וַאֲנִי־יָצֵאתִי *dixerunt* ib. p. 339 lin. 9. וַאֲנִי־יָצֵאתִי *ceperunt* ib. p. 450. lin. 11. וַאֲנִי־יָצֵאתִי *exierunt* ib. p. 116 lin. antep. וַאֲנִי־יָצֵאתִי *fecerunt* ib. p. 124 lin. 11. וַאֲנִי־יָצֵאתִי *dati sunt* ib. p. 166 lin. 6 a fine. Sed quum littera Vau, qua tertia persona pl. masc. præter. in Syrorum verbis terminatur, haud pronuntietur, fit interdum, ut pluralis masc., omisso

Vau

o) Hæc structura in lingua Arabum adeo increbuit, ut verbum, cum præcesserit, rarissime in plurali ponatur, v. c. *assecuti sunt* (pl. m.) eum *venatores* Lokm. fab. 37. *ceperunt* (pl. m.) eum *venatores* fab. 2. — *Fuerunt* (pl. m.) *reges desiderabunt me*. h. e. utique reges me desiderarent fab. 22. Alibi tamen verbum فِي *fuit*, plurali masc. humano præmissum, numero ab ipso discrepat, v. c. etsi *non fuit* (sing. m.) *patres eorum intelligunt* h. e. etsi *patres eorum non intelligerent*, Sur. 2: 165. cfr. Sur. 72: 6.

Vau *ctianti*, defective scriptus speciem singularis masc. præ se ferat. Vid. Mich. Gr. Syr. p. 103 sq. Ejusmodi ergo exempla ad numeri discrepantiam in Syriasmō probandam nihil faciunt. Cfr Mich. lib. cit. §. 100.

B) Verbo sequente, ut *בני בית היה לי filii domus fuit mihi* h. e. fuerunt. Eccles. 2: 7. Add. Exod. 31: 14. Prov. 21: 27. c. 28: 1. Gen. 35: 26. c. 46: 22. 1 Chron. 3: 1. Rarissime fit apud Arabes p), v. g. etiam *poëta* (pl. m.) *sequitur* (s. m.) eos h. e. sequuntur Sur. 26: 224. *cognoscetur* (s. m.) *scelerati* & *arripietur* q) (s. m.) h. e. cognoscentur & arripientur Sur. 55: 41. Huc quoque pertinere videntur sequentia Syriaca: *ܐܢܬܘܢ ܕܢܘܨܘܢܝܢ ܕܡܘܬܘܢ ܕܡܘܬܘܢ ܕܡܘܬܘܢ* nonnulli dicit (pro *ܐܢܬܘܢ ܕܢܘܨܘܢܝܢ* dicunt) Barh. Chr. p. 490 lin. 6 a fine. *ܕܡܘܬܘܢ ܕܡܘܬܘܢ ܕܡܘܬܘܢ* multi occisus est (occisi sunt) ibid. p. 112 lin. 10. — Sic *ܕܡܘܬܘܢ ܕܡܘܬܘܢ ܕܡܘܬܘܢ* fecerunt Barh. Chr. p. 57. lin. 13. p.

140

p) Verbum enim, si sequitur, subjecto suo communiter genere et numero congruit. Exempla ubique obvia.

q) Usitatius verbum posterius in plurali ponitur, v. e. *revertatur est* (s. m.) *fideles* & *exagitari sunt* (pl. m.) Sur. 55: 11. *venit fratres Josephi* & *ingressi sunt* ad eum Sur. 12: 58. *desperabat legari* & *parabant* ibid. vs. 110. *adstrupuit praesentes* & *agnoverunt* Harir. Cons. 2. p. 104.

140 lin. 2. *miservunt* ib. p. 95 lin. 4. p. 99. lin. 3.
fugerunt ib. p. 98 lin. 6. *regem constitue-*
runt ib. p. 125 lin. 6 a fine. *timuerunt* ib. p. 190
 lin. 9. *ceperunt* ib. p. 193 lin. 6. *occupa-*
ti sunt ib. p. 298 lin. 4 a fine. *dixerunt* ib. p.
 337. lin. 5. p. 375 lin. 2. *navserunt* ib. p. 513.
 lin. 3. *evaserunt* ib. p. 563 lin. 7 a fine. *rexerunt* ib. p. 16. lin. 8. (cfr. ib. p. 18. lin. 9, ubi
 est *invenerunt* ib. p. 130 lin. 10. *devastarunt* ib. p. 532 lin. penult. *redierunt* ib.
 p. 593 lin. 12. Sed de his & id genus aliis, quæ in
 Barhebræi Chronico passim occurrunt, exemplis idem
 valet, quod nuperrime sub litt. A dixi.

C) Etiam plurali masc. humano respondent ad-
 jectiva r) sing. masc. v. c. *אורריך ארור ומברכך ברוך*
maledicentes tibi maledictus & benedicentes benedictus h.
 e. maledicti, benedicti sint. Gen. 27: 29. Add Prov.
 3: 18. Itidem Arabes s). v. c. hic est dies, quo *con-*
gre-

r) In his participia quoque intelligo.

s) Alibi Arabes adjectivum, præsertim si sequitur, in plu-
 rali ponunt, v. c. *adolescentes* in *juventute perennes* (pl. m.)
 Sur. 56: 17. *impii sisrendi* Sur. 34: 30. *servi fideles* Sur.
 37: 122, 128, 132.

gregandus homines h. e. congregandi sunt. Sur. 11: 105. fumus primus t) credentium; h. e. primi u). Sur. 26: 51. cfr. Sur. 2: 38.

D) Pronomina quoque sing. masc. respondent plurali masc. humano. Jos. 2: 4. Jer. 31: 15. Eccles. 10: 15. Deut. 21: 10. e. 28: 48. 1 Sam. 5: 10. Esa: 5: 23. Exempla mihi desunt arabica v). Tale vero est hoc Syriacum: *Postquam Samaritani interfecerant Andromachum sacrificulum, quem (Alexander) reliquerat* $\sigma\lambda\omega\delta$ *apud eam h. e. eos. (Bruni: quem iis reliquerat)* Barh. Chr. p. 39 lin. 6 a fine. *)

E) Talis quoque numeri discrepantia deprehenditur, si praedicatum fuerit substantivum, vel adjectivum substantivi vicem reddens, e. g. דועה ארץ עבדיך *pastor ovium (sunt) servi tui* h. e. pastores, Gen. 47: 3. cfr. Es. 3: 12. Pari modo Arabes, ut,

i) Verè sing. Sur. 39: 14. *jussus sum, ut sim primus Moslemorum.*

ii) Pluralis masc. dicitur اولون Sur. 23: 24, 70, 83, 85. Sur. 56: 13, 38, 48, 49.

v) In Arabismo enim pronomina plurali suo humano communissime genere et numero congruant.

*) Sed ejusmodi discrepantia apud Syros adeo insolens est, ut fere suspicer, $\sigma\lambda\omega\delta$ esse mendum pro $\sigma\sigma\lambda\omega\delta$.

infideles sunt vobis hostis declaratus x) h. e. hostes declarati Sur. 4: 102. *ipsi (sunt) vobis hostis* h. e. hostes y) Sur. 18: 48. add. Sur. 26: 77. *)

II:0) Cum singulari feminino

A) Verbo præcedente, ut, *לא תזכר בני עמון* non memorabitur (sing. fem.) filii Ammonis, Ezech. 25: 10. Pariter Arabes e. g. *ماتت بنو يردوع* recusavit (sing. fem.) filii Jarbu h. e. recusarunt Jarbuitæ, Abulfed. Annal. Muslem T. I. p. 214. lin. 3 in quem credit (sing. fem.) filii Israëlis h. e. credunt. Sur. 10: 90. non promiscui juris fecisset filii humi collectæ z) Hamas. p. 304. *terserat politores* Hamas. p. 336. *præterivit legati* Sur. 3: 138. Sur. 5: 79. *venit* a) ad eos *legati* Sur. 41: 13. Add. Sur. 5: 36. Sur. 9: 71. Sur. 10:

x) Vere singularis est, v. c. *Saranas (est) vobis hostis declaratus* Sur. 7: 21. Sic Sur. 12: 5. Sur. 43: 62. *qui fueris hostis Deo* Sur. 2: 92.

y) Loco singularis, pluralis occurrit Sur. 60: 2. *erunt vobis hostes*; et Sur 46: 5. *erunt ipsis hostes*. En varietatem!

*) Quodammodo simile est hoc Silii Ital. XI: 25. Jam vero Eridani *tumidissimus accola, Celeæ incubuere malis* Italum.

z) H. e. homines viles. vid. SCHULTENSII notam l. c.

n) At Sur. 3: 180. est sing. masc., *venit ad vos legati*, Eodem proorsus verbo.

10: 14. Sur. 14: 10. Sur. 35: 23. Sur. 30: 8. Sur. 40: 83. Sur. 11: 79. *dixit legati eorum* Sur. 14: 14, 13. (vid. alia exempla §. 1. litt. A.) *venit ad vos exercitus* (pl. m.) Sur. 33: 9. (cfr. §. 1. litt. B.) *prateriit generationes* b) Sur. 46: 16. *præcesserat prædicatores* Sur. 46: 26. *concertat reges* Hamas. p. 351. not. *Dixit Judæi, non est Christiani, dixit Christiani, non est Judæi* Sur. 2: 107. add. Sur. 2: 114. Sur. 5: 21, 69. Sur. 9: 30. Simile est hoc Syriacum (si modo lectio sana fuerit): *ܐܘܪܘܝܬܝܢ ܝܪܘܘܢ* (*s. f. h. e. irruerunt fugitivi in urbem & ingressi sunt* (pl. m.) Barh. Chr. p. 144. lin. 6, 7.

B) Verbo sequente apud Arabes, e. g. cum *legati* ad tempus præfixum *convenerit* (sing. fem.), ad quam diem *congregabitur* (*s. f.*) h. e. *convenerint, congregabuntur!* Sur. 77: 11, 12. (cfr. §. 1. litt. A.) *adolescentes*, (qui) *certat de celsitudine* Hamas. p. 460. (ubi vid. SCHULTENSII not.)

C) Neque hæc generis numerique differentia in adjectivis & suffixis Arabibus inusitata, ita ut plurali masc. humano respondeat adjectivum aut suffixum
C sing.

b) *قرون* *generaciones*, plur. masc. Sur. 10: 14. Sur. 11: 118.

sing. fem. v. c. veniemus ad eos cum *exercitibus* c), non erit potentia illis contra *eam* (sing. fem.) h. e. eos, Sur. 27: 37. cfr. Sur. 9: 26, 40. (& §. 1. litt. B.) Hic monitor (est) ex *monitoribus* (pl. m.) *prima* (sing. fem.) h. e. primis d) Sur. 53: 56. Quæ ergo fuit mens *generationum* e) *primæ* (s. f. h. e. primarum s. priorum), respondit (Moses), scientia *ejus* (s. f. h. e. earum) apud Dominum meum Sur. 20: 53, 54. add. Sur. 28: 43. vincere *reges* (pl. m.) & occidere *eum* (eos) ac pugnare contra *eum* (eos) Hamas. p. 530.

§. III.

Plurale femin. humanum.

Nomen plurale fem., quod homines denotat, construitur

I.º Cum singulari masculino

A) Verbo præcedente, ut, *לא נמצא נשים יפות*
non inventus est (sing. m) *femine* ita *pulchræ* (pl. fem.)
 hum.

c) Huic nomini respondet suffix. plur. masc. et suff. sing. fem. Sur. 33: 9.

d) *أولى* *prima* est forma fem. sing. Sur. 33: 33. Sur. 93: 4. etc. a masc. *أول* *primus*.

e) Cfr. pag. 17. not. b). — Alibi construitur cum adjectivo pl. masc. v. c. *generationes alias*, Sur. 23: 44.

lum.) h. e. inventæ sunt. Job, 42: 15. add. 1 Reg. 11: 3. Pari modo Arabes, e. g. *جاءكم المؤمنات* venit (s. m.) ad vos fideles feminae h. e. venerunt, Sur. 60: 10, 12. vobis erit dimidium ejus quod reliquerit (s. m.) uxores vestrae h. e. reliquerint, Sur. 4: 13. (cfr. §. 1. litt. C.) Sic, dixit mulieres *) Sur. 12: 30. legatos mendacii insinulavit gentes Sur. 29: 17. (cfr. §. 1. litt. E.) Adde §. 1. litt. D. Tale videtur Syriacum *ܩܘܨܝܢܐ ܕܘܨܝܢܐ ܕܘܨܝܢܐܐ* superbit (pro *ܩܘܨܝܢܐܐ* superbiunt) filiae Zionis Esa. 3: 16, & similia, quæ passim occurrunt, exempla. Sed cum littera *jud*, qua 3: a persona plur. fem. præter. in Syrorum verbis distinguitur, haud pronuntietur, fit, ut pluralis fem. omissio *jud otianti*, interdum defective scribatur, adeo ut speciem singularis masculini præbeat. Vid. J. D. MICHAËLIS Gramm. Syr. p. 103. Ejusmodi ergo exempla, ad generis numerique disparilitatem apud Syros probandam, haud temere adducenda. Cfr. MICHAËL. libr. cit. p. 229. Certius exemplum Syriacum est: *ܩܘܨܝܢܐܐ* erat (erant) inter eos 20 femina & 10 pueri, Barh. Chr. p. 166. lin. 6 a fine.

C 2

B)

*) *ܩܘܨܝܢܐܐ* (mulieres) esse plur. fem. patet ex Sur. 12: 30.

B) Verbo sequente *) e. g. *fertur, quod 3000
 ⲛⲟⲩⲁⲓ ⲛⲉⲛⲁⲓ anima **)* *esset* (s. m. h. e. essent) *in
 his navibus*, Barh. Chr. p. 177. lin. 6 a fine.

II:o Cum sing. feminino

A) Verbo præeunte f), e. g. *prohibetur* (s. f.)
*vobis matres vestræ & filie vestræ & sorores vestræ
 &c. h. e. prohibentur*, Sur. 4: 27. *tumultuatur turba
 mulierum* Hamas. p. 332. *in animum ejus ne potesta-
 tem habeat mulieres* Erpen. Gramm. Ar. p. 277. Sent.
 4. (Cfr. §. 1. litt. D) *quoram abiit uxores* Sur. 60:
 11. (cfr. §. 1. litt. C) *processit gentes* Sur. 13: 29
 (cfr. §. 1. litt. E).

B)

*) Exempla Hebræica et Arabica mihi desunt.

**) h. e. Homines. — Syr. ⲛⲉⲛⲁⲓ anima non modo ex
 doctrina Grammaticorum (Mich. Gr. Syr. p. 158) et
 Lexicographorum (Schaaf. Lex. Syr. p. 355), sed etiam
 tritissimo usu est *feminini* generis, tam in singulari Barh.
 Chr. p. 19 lin. penult. p. 101 lin. 11. p. 209 lin. 3. p.
 252 lin. 8. quam in plurali 2 Pet. 2: 14: etiam ubi ma-
 nifeste pro *homine* Act. 3: 23. Barh. Chr. p. 284 lin. 8.
 vel in plurali pro *hominibus* 1 Pet. 3: 20. Barh. Chr. p.
 68 lin. 8. p. 260 lin. 7 a fine. p. 269 lin. 5. p. 329 lin.
 14. p. 348 lin. 15; 16: ponitur.

E) Verbum, cum antecesserit, ab Arabibus ponitur in
 sing. masc. aut fem., et nomini suo plurali vix unquam
 numero congruit.

B) Verbo sequente, v. e. חכמות נשים בנתה
prudentes mulierum ædificat (sing. fem.) h. e. ædificant
 Prov. 14: 1. g). Sic etiam Arabes h), e. g. *mulieres*,
 (quæ) bonum peperit (sing. fem.) foetum Hamas. p.
 468. vs. 14. ingredimini cum *gentibus*, (quæ) jam
præcessit (s. f.) ante vos, Sur. 7: 36. Sur. 41: 24.
 Sur 46: 17. (cfr. §. 1. litt. E).

C) Pari modo adjectiva & pronomina a subjectis
 numero discrepant, e. g. *sapientes mulierum* ædificat
 domum *ejus* (sing. fem.) h. e. suam Prov. 14: 1.
 Sequentia tene Arabica exempla: *uxores purificata*
 (s. f.) h. e. purificatæ i). Sur. 2: 23. Sur. 3: 13.
 Sur. 4: 60. creavit vobis *uxores*, ut habitetis cum *ea*
 (s. f.)

g) Vide etiam constructionem nominis pluralis בנות
 (*filia*) Gen. 49: 22, cujus tamen usum ibi esse metapho-
 ricum, plerique statuunt interpretes.

h) Sæpius tamen verbum, cum sequitur, nomini suo ge-
 nere et numero convenit, ut, *repudiata mulieres expecta-*
bunt, (pl. f.) Sur. 2: 228: *sedentes mulierum, qua non spe-*
rant Sur. 24: 59: *genicrices lactabunt filios suos* Sur. 2:
 233. Cfr. Sur. 4: 36. Sur. 33: 59. Sur. 24: 31.

i) Alioquin adjectiva genere et numero cum subjecto
 concordant, ut *puella credentes* (pl. f.) Sur. 4: 29. *mulieres*
credentes Sur. 48: 25.

(s. f.) h. e. iis k), Sur. 30: 20. (cfr. §. 1. litt C), *mulieres vestrae*, conspicui vultus *ejus* (s. f.) h. e. earum s. quarum vultus conspicui Hamas. p. 483. not. *mulierēs*, (quæ) bonum peperit foetum *suum* (suff. sing. fem.) Hamas. p. 468. vs. 14.

§. IV.

Plurale masc. inhumanum.

Nomen plurale masculinum, quod non homines denotat, construitur

I:0 Cum singulari feminino,

A) Verbo præcedente, e. g. *לֹא תַמְעַר אֲשֶׁרֶיךָ* non vacillabit (s. f.) *gressus* (pl. m.) *ejus*, Ps. 37: 31. Adde 2 Sam. 10: 9. Job. 14: 19. Esa. 34: 13. & secundum ktib Ps. 73: 2. Constructio hæc est Arabibus solemnis a) e. g. *وجلنت قلوبهم* *palpitat* (s. f.) *corda* (pl.

k) Plurali fem. humano respondent frequentius suffixa plur fem. vid. Sur. 2: 231. Sur. 4: 19, 23, 29, 38, 126. Sur. 60: 10. Sur. 65: 1. Id quod huic etiam nomini *أزواج* accidit, Sur. 4: 13, 14. Sur. 33: 49.

a) Et quidem ita solemnis, ut verbum, cum antecesserit, plurali suo inhumano masc. non nisi rarissime genere ac numero congruat, e. g. *abierunt* (pl. m.) *lepores* (pl. m.) Lokm. Fab. 10.

(pl. m.) *eorum* h. e. palpitant, Sur. 8: 2. Sur. 22: 36. *Obduruit* (s. f. *obduruerunt*) *corda eorum* Sur. 6: 43. Add. Sur. 9: 45. Sur. 22: 45. Sur. 33: 5, 10. (Cfr. §. 1. litt. H). — Sic: *fluet* sub *ipsis fluvii* Sur. 7: 41. Sur. 4: 17, 60, 121. & infinitis in locis. (Cfr. §. 1. litt. I) *reducetur* res (pl) h. e. *reducentur* b) Sur. 2: 205. Sur. 3: 105. Sur. 8: 46. &c. *periiit opera* c) *eorum* h. e. *perierunt*, Sur. 2: 213. Sur. 9: 17, 70. Sur. 49: 2 &c. *portabit eam angeli* Sur. 2: 249 *veniat ad eos angeli* Sur. 16: 35. Adde Sur. 21: 103. Sur. 15: 8. Sur. 41: 30. Sur. 70: 4. (vide alia exempla §. 1. litt. G) *Die iudicii nigrescet facies* (pl, m.) & *albescet facies* d). Sur. 3: 102, 103. Add. Sur. 27: 92. Sur. 67: 27. *non proderit illis opes* e) *eorum* Sur. 3: 8, 112. *occultat persona* f) *eorum* Sur. 3: 114. Sur. 28: 69. Sur. 40: 20. Sur. 27: 76. Add. Sur. 4: 92. *uritur*

b) Sing. *سوق* *mandarum, negotium, res*, est masc. Sur. 2: 111, 205. Sur. 4: 50.

c) Sing. *ساعة* *opus*, est masc. Sur. 5: 7.

d) Sing. *وجه* *facies* est masc. Sur. 12: 9. Sur. 16: 60. Sur. 43: 16.

e) Sing. *مال* *opes* est masc. Sur. 74: 12. Sur. 92: 11. Sur. 111: 2.

f) Sing. *صخرة* *pecus* est masc. Sur. 11: 15. Sur. 15: 97.

eur pelles g) eorum Sur. 4: 59. Add. Sur. 39: 24.
quem seduxit satana h) Sur. 6: 70. Add. Sur. 26:
 210, 221, 222. *cum veniret ad eos pisces* i) eorum
 Sur. 7: 163. *non profuit ipsis dii* eorum Sur. 11:
 103. (cfr. §. 1. litt. F) *transferretur montes* k) Sur.
 13: 30. Add. Sur. 14: 47. Sur. 19: 92. Sur. 52: 10.
 Sur. 101: 4. *avertebatur oculi* l) Sur. 33: 10 add. Sur.
 6: 103. Sur. 7: 45. Sur. 14: 43. Sur. 15: 15. Sur.
 38: 63. *aperiatur portæ* m) Sur. 39: 71, 73. Sur. 7:
 38. *portat dorsa eorum* Sur. 6: 147. add. *ibid.* vs. 139.
quorum gravis est bilances, quorum levis est bilances h e.
graves, leves sunt, Sur. 7: 7, 8. Sur. 23: 104, 105.
 Sur. 101: 5, 6. *sicut comedit pecudes* Sur. 47: 13.
 Add. Sur. 22: 31. Sur. 32: 27.

B)

-
- g) *جلود* pelles est plur. masc. Sur. 41: 20. Lokm. fab. 36.
 h) Sing. *شيطان* satanas est masc. Sur. 6: 43, 67. Sur.
 47: 27. Etiam plur. *شياطين* Sur. 2: 96. Sur. 6: 121.
 i) Sing. *حوت* piscis est masc. Sur. 18: 60, 62. Sur.
 37: 142.
 k) Sing. *جبل* mons est masc. Sur. 7: 140. Sur.
 59: 22.
 l) Sing. *بصر* visus, oculus, est masc. Sur. 53: 17.
 Sur. 67: 4. Sur. 75: 7.
 m) Sing. *باب* porta janua, est masc. Sur. 12: 67.

B) Verbo sequente, e. gr. *חבלים אחזתה dolores* (pl. m) *prehendit* (s. f.) eam h. e. *prehenderunt*, Jer. 49: 24. Add. Job. 20: 11. c. 41: 13. Ezech. 17: 9. Pariter Arabes n) e. g. *ان النجوم طمست* cum stelle o) *deleta fuerit* (s. f. *deletæ fuerint*) &, *ان الجبال نسفت* cum montes p) *comminuta fuerit* Sur. 77: 8, 10. *cum stelle ceciderit, cum montes sublata fuerit, cum fera congregata fuerit, cum maria q) succensa fuerit, cum libri expansa fuerit*, Sur. 81: 2, 3, 5, 6, 10. *cum stellæ r) dispersa fuerit, cum maria sese commiscuerit, cum sepulcra eversa fuerit*, Sur. 82: 2, 3, 4. an ergo non respiciunt ad *montes*, quomodo *planata sit* Sur. 88: 20. o *montes, lauda* (h. e. *laudate*) Sur. 34: 10. Add. Sur. 56: 5, 6. Sur. 78: 20. an

D

ip.

n) Verbum, ubi sequitur, in plurali interdum ponitur, e. c. *canes invenerunt* Lokm. fab. 30. *lupi invenerunt* Lokm. fab. 36. *satana inspirabunt* Sur. 6: 121. *satana infideles erant, docebant*, Sur. 2: 96. *angeli restantur* Sur. 4: 164. *angeli ingrediemur* Sur. 13: 23. *angeli decantant* Sur. 42: 3. (cfr. §. 1. litt. G) *assumserunt deos, (qui) non creant* Sur. 25: 3. (cfr. §. 1. litt. F).

o) Sing. *نجم* stella est masc. Sur. 53: 1. Sur. 86: 3.

p) Cfr. supra pag. 24 not. k.

q) Cfr. §. 1. litt. L.

r) Sing. *كوكب* stella est masc. Sur. 6: 76.

ipsis (sunt) *di*, (qui) *defendat* eos, Sur. 21: 44 (cfr. §. 1. litt. F). *misimus satanus*, ut *incitaret* eos Sur. 19: 86. (cfr. p. 24 not. h) ne *interrogetis de rebus* s), quæ si *manifestetur* vobis, *affliget* vos, Sur. 5: 101. hæ sunt *fabulæ* priorum, *descripsit eam* (eas) & *ipsa legitur* (ipsæ leguntur) Sur. 25: 6. *habitationes* eorum non *habitata fuit* Sur. 28: 58. *posueramus fluvios*, (qui) *fluebat* Sur. 6: 6. (cfr. §. 1. litt. I) *testosa* hastarum (quæ) *protensa est*, Hamas. p. 332. vs. 2. (Cfr. supra p. 23 not. f.).

C) Etiam plurali masc. inhumano respondent adjectiva sing. fem. e. g. עשויה כרובים *facta* (s. f. facti sunt) in valvis templi *Cherubim* Ezech. 41: 25. Pari ratione dicunt Arabes t) e. g. لآلية قلوبهم *ludens* (s. f. ludentia sunt) *corda* eorum, Sur. 21: 3. قلوب *corda* die illa (erunt) واجدة *palpitans* Sur. 79: 8. *fecimus corda* eorum *duram* Sur. 5: 16. *corda* eorum

s) Sing. شىء *res* est masc. Sur. 26: 29, 30. Sur. 35: 19.

t) Interdum tamen plurali masc. inhumano adjectiva genere ac numero exacte congruunt, e. c. *corda* (pl. m.) *occludentia* (pl. m.) Sur. 40: 18. (cfr. §. 1. litt. H) *cervicæ* *subjecti* Sur. 26: 3, *angeli demissi, signati*, Sur. 3: 120, 121. *angeli proximi* Sur. 4: 170. (cfr. §. 1. litt. G) *signa abacta* Sur. 2: 61, Sur. 7: 166.

